



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermo de digna Preparat[i]one cordis pro suscipiendo  
Sacrame[n]to Eucharistie. R. P. Martini Luther  
Augustiniani Vuittenbergensis**

**Luther, Martin**

**[Leipzig], [1518]**

**VD16 L 5976**

[Text]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33409**

## Sermo de digna Preparatiōe

cordis / pro suscipiendo Sacramēto Eucharistie, R.  
P. Martini Luther Augustiniani Vuitēbergen.

*Confessio*  
¶ Primo / necessarium est / vt omnia manifeste mortalia cō-  
fitearis / atq; doleas. Manifeste dico / quia occulta nemo  
scire potest / Iuxta illud Psalmus .xviij. Delicta quis in-  
telligit rē.

*magis christo  
necessaria*  
¶ Secundo. Inter omnia peccata mortalia / precipue in-  
uidiam / displicentiam / aut quancunq; proisus amaritudi-  
nem cordis erga proximum tuum deponas. Non est enim  
aliud peccatum eque huic sacramento aduersum / atq; dis-  
cordia. Contrarium est enim / et nomini et rei huius sacra-  
menti. Nomen est Communio. Res vnitas cordium / sicut  
vna fides / vnū baptisma / vnū dominus / vna spes / ac pro-  
sus omnia eadem et communia. Quod et figuratur in spe-  
ciebus sacramenti / in quibus multa grana / amissa singulo-  
rum differentia / in vnum panem. Item vne multe / amissa  
sua quoq; differentia / in vnum vinum redacte sunt.

*inter adu prop  
m*  
¶ Tertio. Quia iuxta scripturam / Stultus est qui in cor-  
de suo confidit / cumq; nullus sit hominum qui non habeat  
debitorem / vt / Beatus Augustinus ait. i. nullus est qui nō  
inueniat / aut certe non aduertit / vel ignoret sese inuenire  
in aliquibus / vel aliquo / quod sibi placeat / desperandū  
est tibi de tuo studio / q; non poteris erga omnes amari-  
tudinem deponere. Ideoq; iuxta Christi consilium intres cu-  
biculum / ores patrem tuum / vt ignorantias tuas non me-  
minisse velit / et id per gratiam suam facere / quod tuis viri-  
bus non potes / id est. Cor dulce et commune dare.

¶ Sed hec preparatio / est.

Remota / etiam confessuro necessaria / et quodlibet sacra-  
mentum recepturo. Ideo.

*in me do huius ar  
e deo*  
¶ Quarto. Sportet vt animam vacuum et esurientem of-  
feras / id est / te plenum multis malis morbisq; anime cō-  
fitearis / sicut in veritate es / etiam si forte nō sentias. Nā

vt B. Aug. Iste cibus nihil eque odit ac saturum fastidia  
entemq; stomachum. nihil ita querit sicut animam esuri-  
entem. vt ipse quoq; dominus Matth. v. Beati qui esuris  
unt iusticiam / quoniam ipsi saturabuntur. Item B. Vie  
go. Esurientes implevit bonis / et diuites dimisit inanes /  
Et ps. cvi. Quia satiavit animam inanem / et animam esu-  
rientem satiavit bonis. Dona vero que sunt alia t̄ q̄ ea que  
Gala. xv. recitat Apostolus ( dicens ) Fructus spiritus  
sunt charitas / gaudium / pax / paciētia / bonitas / b̄nignitas  
mansuetudo / fides / longanimitas / modestia / continentia.  
castitas. In his si te sentis deficere / et gemis / optasq; illa  
obtinere / securus accede / nusquam enim inuenies illa / ni-  
si in isto sacramento.

**¶ Corollarium Primum.**

**¶** Optima dispositio est non nisi ea / qua pessime es dis-  
positus / Et contra / Tunc pessime es dispositus / quando  
es optime dispositus. Quod sic intelligitur. quod quādo  
sentis te miserimum / et egenum gratia / iam eo ipso capax  
es gratie / et idoneus maxime. Rursus plus q̄ mortem et  
infernum timeas / ne quando sic accedas vt tibi dispositus  
videaris / ac dignus quasi allaturus Deo cor mundum / q̄  
potius fuerat tibi querendum et recipiendum / Stat firma  
et insolubilis sententia. Non est opus medico bene habē-  
tibus / sed male habentibus. Nam sicut non tunc / ita  
nec nunc Christus venit vocare iustos / sed peccatores ad  
penitentiam. Ideo penitentia potius post / quam ante sa-  
cramentum digne peragitur. Deus tuus est bonorum tuo-  
rum non indigus / sed bonorum suorum largus in te / ve-  
nit ad te.

**¶ Corollarium Secundum.**

**¶** Magnus et perniciosus error est / si quis accedat ad sa-  
cramentum / ea nixus fiducia / q̄ confessus sit / q̄ non sit si-  
bi conscius mortalis peccati / quod orationes et preparato-  
ria sua premiserit. Omnes hi iudicium sibi manducant et  
bibunt / quia his omnibus non sunt digni neq; puri / Im-  
mo per eam fiduciam puritatis peius poluuntur / sunt autē  
puri per fidem / vt sequitur.

*Del. Ita in unum  
non dmi*

**¶ Quinto** / id cura / ut cum plenā / aut saltem possibili fide accedas certissime confidens tete gratiam consequaturū. Tantum enim accipies. quantum credis te accepturū / sicut Chriſt⁹ ait. **¶ Quid qd orātes petieritis / credite q accipiet** Et iterum dicit tibi illud / **¶ Fiat tibi sicut credidisti.** Si enim accederes sine ista fide / iudiciū tibi oīno acciperes et mortem. Sic enim in oī alio sacramēto non nisi illusio est et fictio agitur sine fide si percipitur quod est horrendum.

*M. 11*

**¶ Hec itaqz fides sola et summa ac prima dispositio / facit vere puros et dignos / quia nō nititur in opib⁹ aut vīrib⁹ nostris / sed in purissimo / piſſimo / ſiemiſſimoqz verbo Chriſti dicentis. Venite ad me oēs qui laboratis / et onerati estis / et ego reficiam vos. Et iterū. Beati qui eſuriunt et sitiūt iuſtitia / quoniam ipſi ſaturabuntur. Fides enim eſt que iuſtificat / purificat / dignificat. Ut actu. xv. Fide purificās corda eorum rē.**

**¶ Corollarium.**

*infidelitas*

**¶ Quicquid ſit de contritione tua / de penitencia vera vel falſa / illud maxime ſtude / ut in preſumptione iſtorum verborum Chriſti accedas / et ſic accedēs illuminaberis / et facies tua non confundetur. Vel matrem eius noli mendacē facere / qui dicit. Eſurientes impleunt bonis. Multo magis ne ipſummet dum arguas mendaciū / ubi premitit. Vete ad me rē. Argues autem mendaciū / ſi non credis eum ita facturum tibi ſicut promittit. Ideo infidelitas eſt maximū peccatum / et recta blaſphemia in veritatem diuinam.**

*om. Inq. dicitur*

**¶ Sexto.** Si ſentis te nec iſta duo poſſe / vel ſatis poſſe / ſicut vere ſenties ſi teipſum probabis. Hic non verearis cum Apoſtoliſ dominum orare / **¶ Domine adauge nobis fidem / et cum illo patre illius demoniaci. Mar. ij. Domine adiuua incredulitatem meam / intra in cubiculum tuum / et dic patri tuo in celis. Ecce mi domine Jeſu Chriſte miſeriam meam respice / in ops et pauper ſum / et tamen a deo faſtidioſus medicine tue / ut nec diuitias gratie tue ſuſpirem. Accēde me domine deſyderium gratie tue et fidem promiſſionis tue / ut non offendam te optimum deum meū per deſa mea et in crudelitate et ſaturitate. Ac ſic accede cum fiducia miſericordie eius / et in timore indignitatis tue.**

**¶** Sed hic tractandum est illud Apost. i. Corin. ij.  
Probet autem seipsum homo. rē. Hoc verbum multi sic  
intelligere videntur / ac si velit Apostolus nos non ante de  
bere accedere / quā donec inuenerimus nos dignos et puros  
ab omni peccato / Ideo sibi ipsis faciunt angustiam et car  
nificinam conscientie / discutiendo / conterendo / consiten  
do non solum venialia / sed ea que nō sunt peccata. Et his  
factis (quod est horrendū Barathrū presumptionis) iam se  
cure accedunt / nec de fide sua quicquā solliciti. Volunt enim  
iusti et digni venire / et similes deo sicut lucifer / quum de  
berent velle iusti et digni fieri et redire ad deum. Igitur illud  
verbum dictū est cōtra eos qui Christi diuidebāt in dicer  
sas sectas / alij volētes esse Pauli / alij Cephe / alij Apoline  
alij Christi sequaces. i. Corin. iij. Et ideo inuicē iudicabāt  
et damnabāt / atq; contemnebāt. Insuper ad sacramentū  
alij alios preueniebant et presumebant / vt alij venturi ni  
hil haberent / vt clare ex textu et gl. B. Aug. patet / Quos  
Apostolus arguit et pñiciat indigne manducare rē. volēs  
vt seipfos potius pbarent / iudicaret / dānarēt / et nō alios  
Ea enim discordia vt diximus / maxime facit indignos et  
reos corporis dñici / hāc eius esse sentētia sequētia ostēdit  
Itaq; ait Paulus fratres mei / cū conuenieris ad mandu  
candū inuicē / expectate / ne in iudiciū conueniatis. Item.  
Si nōs ipsos iudicarem / nō vtriq; iudicaremur a dño. Itē  
dijudicans corpus domini. q. d. Ita acceditis / ac si corp  
dñi nihil esset dignius reliquo pane naturali.

**¶** Potest quidem illud verbū etiam de probatione intelligi /  
qua homo peccata sua discutit atq; ponderat / sed ea non  
est satis / nec pertinet nisi ad insensatos et crassos illos sa  
cramenti contemptores. Non enim sufficit vt probes et pō  
deres / q̄ malus fueris / nisi magis ponderes ac probes / q̄  
bonus fieri cupias et anheles.

**¶ Corollarium.**

**¶** Si Aplus eo verbo vellet nos probari a nobis / vsq; dum  
digni feremus / prorsus ad impossibile nos obligasset / et  
omnes hoies etiā sanctos cōmunionē priuasset / sibi deniq;  
ipsi in plerisq; locis contradixisset / vbi clamat omnes esse  
A iij

peccatores / et sola iustificandos fide. Oportet enim accessurum ad sacramentum esse certissimum se sine peccato mortali esse / si non velit iudicium sumere. At impossibile est / ut ex se et suis viribus certus fiat. Iuxta illud. Delicta quis intelligit / ab occultis munda me domine. Et illud Hieronimus. Præuam et inscrutabile est cor hominis / quis scrutabitur illud? Ego dominus scrutans renes et corda. Requitur itaque ut certitudo illa stet super firmam infallibilemque petram. i. Christum et verbum eius.

*Quarto. parat*  
**¶** Quare Vera et solida probatio est / si te inueneris inanes quidem et sine pondere salutis et iusticie / onustum vero ac laborantem in multis / malisque cupiditatibus / quibus inuentis anheles / sitias gratiam et misericordiam / easque non dubites te te consequuturum.

*Quinto. romm*  
**¶** Sic. Beatus Gregorius reprehendens Petrum / quod dominum iussisset abire a se / quia peccator esset / ait. Si te peccatorem agnoscis / non oportet dominum repellere abs te / sed multo magis inuitare. Et Beatus Ambrosius. Quia quotidie pecco. necesse habeo quotidie communicare. Et quidam patrum consuluit / ne facile quis se abstineret communionem / ne forte simul et longe fiat a Christo. Non enim venenum nobis dedisse ac reliquisse timendus est / quinonissimum et maximum charitatis. quam ad peccatores gerit / memoriale seipsum protestatur reliquisse / dum institueret sacramentum illud.

**¶** Septimo. Si tandem ad eo infirmus es in fide / ut nec illa te satis inuent / aut non possis ea prestare / adprehende illud nouissimum infirmorum remedium / et permittite sicut infantem gestari in vlnis / et sinu matris. Ecclesiastice. Immo cum paralytico in lectulo / ut dominus fidem illorum saltem intueatur / quando tua nulla est. Item ut in fide vel vniuersalis Ecclesie / vel hominis fidelis tibi noti accedas / et audacter dicas domino Ihesu. Ecce domine Ihesu Chiste doleo me tam infirmum / ut de tuo inestimabili in nos amore nihil / aut tam parum presumam. Ideo suscipe me in fide Ecclesie tue / et illius aut illius. *¶* Quicquid enim sit de me necesse est o domine me obedire. *Ecce*

eleſie tue / que iubet vt accedam. In obedientia venio ſal-  
tem ſi nihil aliud affero. et crede firmiter quod non indignus  
acceſſeris. Non eſt dubium quoniam obedientiam Eccle-  
ſie tanquam ſibi ſacram accepit. No magis certe quam pericu-  
lum quam aliene fidei merito baptiſat et ſaluat. Sic. B. Bernh.  
Quum aliquando haberet fratrem nimis timidum et ſeru-  
puloſum / ita vt nollet celebrare / ait ad eum. Vade miſtrater  
et celebra in fide mea / et iuit ille obediens / et ſanatus eſt ab  
omni languore conſcientie ſue.

*Nota*

¶ Hec itaque latius dixi / quia compertum habeo multorum  
concionatorum terroribus / eo redactas Chriſtianorum  
conſcientias / vt ſibi ex Chriſto Moſem fecerint / ex gra-  
tia legem / ex remedio venenum / dum Chriſtum falſo ima-  
ginatur ex actorem magis quam largitorem / vltorem ma-  
gis quam propitiatorem / et in ſumma damnatorem ma-  
gis quam ſaluatorem. Ita vt iam nec nominis ſui / quod eſt  
Jeſus Chriſtus ( .i. ſalutaris et vnctus ) gloria / ſit in cor-  
dibus noſtris / niſi nudis ſyllabis. Non igitur oportet ter-  
ribiles iudicij minas intentare / ſed duris et inſenſatis / Tre-  
pidis vero atque ſcrupuloſis / leuioreſe miſericordie promiſ-  
ſiones ſunt declarande / quia alia medicina alijs conuenit  
morbis.

*Nota in uocato  
p. meſob*

¶ Octauo. Nec illud omittendum / immo maxime curan-  
dum / vt memoria paſſionis Chriſti non dimittatur. Quid  
enim prodeſt / ſi digne prepararis / et non impleas id / ad quod  
te preparaſti. Nam precepit dominus id ſacramentum / non  
niſi in memoriam ſui celebrari. Ideo obmittendum eſt / ſi  
memoriam eius amittere uoles. Sic dixit. Hec quotieſcu-  
que feceritis in mei memoriam facietis. Et Paulus. Quotieſ-  
cunque manducabitis panem hunc / et calicem bibetis / mor-  
tem domini annuntiabitis donec ueniat. Inde enim ſtatu-  
it / vt miſſa ſine Euangelio non legatur. Hec memoria autem  
alium requirit ſermonem / quia non minus et ipſa in ſuper-  
ſtitiones et literalem hypocriſim apud multos verſa / quam  
pleraque alia ſacratiffima dei dona.

*Summa hec eſt*

¶ Finis.

Propter nomen meum dicit dominus et peccabunt filii eius  
Et dicitur quod mercedem a deo non est christians qui sunt volentes  
ut vult quod sit in mundo ad vult peccata in hunc mundum dicitur in iudicio  
Ipsi est tota terra mea

*hides est anchora spiritus me contra omnes fures*  
*que in caritate dei quos amamus facimus propter*

Expendit qui facit in se in digne dicitur quod...

Non in 22 quod dicitur sed dicitur in dicitur quod dicitur quod sit filius dei  
qui patet se saltem observare alium nihil de deo sapit nisi si filius dei  
habetur dicitur in omni dicitur in se dicitur in se dicitur

In signum salutis dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur  
signum salutis et in se dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur  
dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur

Omnia in dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur in se dicitur

1687 P

*Handwritten signature or note at the bottom of the page.*